

ille, qui non agit ea, que in alio putaverit punienda, ne, cum de alio iudicet, in se sententiam ferat^d. Iudicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offensione,
 40 nulla levitate ducatur¹⁴. „Et ut verbo Domini utar: Qui sine peccato est, mittat in reum lapidem!¹⁵ Necesse est enim, ut munda sit manus, que sordes abluere curat¹⁶. Et in gravibus peccatis positus, dum suis premitur, aliena non diluit¹⁷.

Colligite igitur causam istam in sinu vestro¹⁸ et diligenter attendite, quod vos omnia predicta pulsant capitula, in vos omnes prescripte coniurant
 45 auctoritates¹⁹. Nec vobis securitatem inducat preminencia singularis. Lucifer enim, quia sine comparacione creatus est magnus, sine venia dampnatus^{e20} est ut vilissimus. Nec est facile stare^f loco Petri et Pauli et tenere cathedram cum Christo regnancium. Quanto enim gradus alcior, tanto casus gravior²¹. Sicut enim scriptum est et bene novistis: „Homo christianus fortiter cadit in peccatum vel propter magnitudinem peccati vel altitudinem dignitatis²².“

d) *Korrigiert aus feret.*

e) *denpnatus Hs.*

f) *s- stark verblasst.*

sciam.“ Deus omnipotens, cui nichil est absconditum [...]. Si enim Deus omnium cognitor Sodomorum mala, quorum clamor ad celum usque pervenerat, omnia sciens prius, nec credere, nec iudicare voluit, quam ipse ea cum fidelibus testibus diligenter investigans, que audierat, opere conprobaret, nos qui sumus homines et peccatores, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, hec precaventes, nullum ante veram iustamque probationem iudicare aut dampnare debemus [...].

14) C. 3 q. 7 c. 4 (ed. FRIEDBERG, Sp. 527): Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in se ipso condempnet. Iudicet ille, qui non agat eadem, que in alio putaverit punienda, ne, cum de alio iudicat, in se ferat sententiam. Iudicet ille, qui ad pronunciandum nullo odio, nulla offensione, nulla levitate ducatur.

15) Iob. 8, 7: cum autem perseverarent interrogantes eum erexit et dixit eis qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat.

16) C. 1 q. 1 c. 93 (ed. FRIEDBERG, Sp. 391): Necesse est, ut munda sit manus, que diluere sordes curat, ne tacta queque deterius inquinet, si sordida sequens lutum tenet: scriptum namque est: „Mundamini, qui fertis vasa Domini“.

17) C. 3 q. 7 c. 5 (ed. FRIEDBERG, Sp. 527): In gravibus peccatis quis positus, dum suis premitur, aliena non diluit.

18) D. 21 c. 7 (ed. FRIEDBERG, Sp. 71): Et iterum: „Noli audiri in nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam.“

19) HILDEB. epist. 12 (MIGNE PL 171, 212D): Vides itaque, frater mi, quantus in te conjuret auctoritatum concursus, quam multa te pulsent capitula.

20) De poen. D. 2 c. 45 (ed. FRIEDBERG, Sp. 1209): Qui et idcirco peccans sine venia est dampnatus, quia magnus sine comparatione fuerat creatus.

21) D. 40 c. 2 (ed. FRIEDBERG, Sp. 145): Non est facile stare in loco Petri et Pauli et tenere cathedram regnantium cum Christo [...]. Zum Proverbium vgl. PETRUS CANTOR, Verbum Abbreviatum, I 52 (CC Cont. Med. 196, S. 346, 119). Vgl. auch Thesaurus proverbiorum medii aevi 3 (1996) S. 143–146, hier S. 143 Nr. 112.

22) D. 40 c. 5 (ed. FRIEDBERG, Sp. 146): Homo Christianus fortiter cadit in peccatum propter duas causas: aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.